Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sunt enim quidam corpora qui sentiunt fetorem et non sentiunt boni odorem
et quidam econverso. Illius autem que non est orta cum eo neque antiqua
Cura est solutio cum fortitudine et assiduatio odorandi rutam et que sunt
ei similia et fiat caputpurgium ei qui non sentit fetorem cum ipsa et cum cas-
toreo ei qui non sentit boni odorem et cum serapino et similibus.

Capitulum de fetore narium.

F etor narium fit ex fistulis aut ulceribus
et iam diximus curam eius. Et fit quandoque ex vapore putrido in
summo palato et cura eius est ut naribus sugat vinum odoriferum et
sufflet in naso calamus aromaticus et rosa nefir et cyperus et spicanardi sin-
gulariter aut coniunctim et species que confert ad illud mirabiliter est ut
fumat ex trociscis andetrochiron qui ponitur in tyriaca et dissolvitur ex
eis aliquid cum vino boni odoris et distillet in nasum mitoricis quo
sanat et oportet ut precedat desiccatio capitis et confortatio eius postquam
evacuatur totum corporis.

Capitulum de dolore dencium.

F it dolor in dentibus aut cum apostemate gingive aut sine apostemate
gingive. Et ille qui fit cum apostemate gingive fit propter acuitatem sanguinis
et dolorem eius cum tetigit dentes. Et signa eius sunt rubedo et inflacio
et requies ab aqua frigida. Et cura eius est flebotomia cephalice et vento-
satio et incisio et alkeherit et retentio aque frigide in ore et aceti cum
die et quando illud permisit ij diebus aut iij optimum ut teneat in
ore oleum ro. in omni ℥ cuius iam dissolutum ℥ ʒ i masticis et si fuit
dolor dencium absque apostemate gingivarum tunc ipse fit ex frigore et ex humoribus
grossis frigidis et cura eius est ut teneat in radice eius tyriacam dyatesseron
aut piper confectum cum allutream et teneat in ore suo acetum in quo decocta
sit pulpa coloquintide aut decoquatur foliorum mirti manipulus i et cor-
tic ligni pini manipulus i et sanguis draconis et sumach et allei iij grana
et bulliat in aceto et teneat in ore dum est calida. Aut bulliat in aceto cor-
tices radicis capparis aut spolium serpentis. Quod si dolor fiat fortior
suffumigetur dens in trelicteroid cum semine iusquiami nigri et storacis de
quibus fiunt similitudines avellanarum. Siliqua ciceri et teneat in ore oleum
calefactum in quo decocte sint radices altee et camomilla. Aut con-
tundatur cum coddisi contritum cum vino et ponatur super dentem quoniam est ultimum in
removendo dolorem cum est a frigore et vaporetur deforis cum aqua calefacta
in qua decocta est camomilla et stringat dentem rem calam mitoricis
donec calefiat et rubeat cutis et impleatur mandibule et distillet in
aurem illius lateris oleum amigdalarum tepidum aut sambucinum aut